

MITTEILUNGEN DES OBERÖSTERREICHISCHEN LANDESARCHIVS

Schriftleitung:

Landesarchivdirektor Hofrat Dr. Hans Sturmberger und Dr. Herta Hageneder

10

SANKT FLORIAN

Herausgegeben vom Oberösterreichischen Landesarchiv
unter Mitwirkung der Kulturabteilung des Amtes der oö. Landesregierung
und des Stiftes St. Florian

LINZ 1971

SANKT FLORIAN

Erbe und Vermächtnis

FESTSCHRIFT ZUR 900-JAHR-FEIER



1971

In Kommission bei

HERMANN BÖHLAUS NACHF. WIEN-KÖLN-GRAZ

INHALTSVERZEICHNIS

Der heilige Florian und seine „Passio“. Mit 4 Tafeln. Von Willibrord Neumüller O.S.B.	1
Passau — St. Florian — St. Pölten. Von Siegfried Haider	36
Die „Kirchweihchronik“ des Stiftes St. Florian. Mit 8 Tafeln. Von Alois Zauner	50
Das Kloster St. Florian im Rahmen der spätmittelalterlichen Gerichts- verfassung des Landes ob der Enns. Von Othmar Hageneder	123
Das Stift St. Florian und die Päpste von Avignon. Von Josef Len- zenweger	162
Verzierte mittelalterliche Bucheinbände des Stiftes St. Florian. Mit 16 Tafeln. Von Kurt Holter	183
Ein Beitrag zur Vorgeschichte der „Historikerschule“ des Stiftes St. Florian im 19. Jahrhundert. Von Karl Rehberger	210
Die Florianer Pläne 1740—1783. Mit 12 Tafeln. Von Georg Grüll	251
Die Stiftskirche von St. Florian. Mit 24 Tafeln und 5 Textabbildun- gen. Von Johann Sturm	277
Barocke Möbelkunst in Österreich. Mit 40 Tafeln. Von Franz Win- disch-Graetz	346
Der Begriff der „Weite“ in Anton Bruckners Musik. Von Leopold Nowak	397
Franz Xaver Müller und seine Stellung in der österreichischen Kir- chenmusik. Von Josef Mayr-Kern	413

Scripturi de^k) singulis altarium dedicacionibus et reliquiis et patronis post altare corporis domini^l) convenienter altare ponitur sancte crucis, que in devocione fidelium post ipsum dominum semper proximum locum habet. Nam ferie quinte, que corpori Chr(ist)i attribuitur pro eo, quod ipso die in convivium animarum fidelibus a domino sit donatum, feria sexta, que passioni domini et sancte cruci appropriatur eo, quod dominici corporis appensione et sanguinis perfusione eodem die excellentissime sit sacrata, semper proxima solet esse. Sic et in suffragiis post collectam dominicalem semper collecta sequitur sancte crucis. Igitur altare in medio ecclesie sub ambone consecratum [est] in honore* victoriosissime sancte crucis et beati Joh(a)nnis Bapt(ist)e. In altari vero subscripte reliquie continentur: De ligno domini, de fascia domini, de harundine cum qua potatus fuit dominus, de vestimentis beate Marie virginis, de lecto eius unde migravit, de reliquiis Joh(a)nnis Baptiste. Reliquie sanctorum apostolorum: Andree, Thome, Jacobi, Joh(a)nnis Ew(angeliste), Bartholomei, Philippi et Jacobi, Mathei, Symonis, de cruce sancti Andree apostoli. Reliquie sanctorum martyrum: Steph(a)ni, Laurencii, Vincencii, Ypoliti, Thome, Sebastiani, Lamberti episcopi, Eustachii, Oswaldi, Steph(an)i, Innocentis, Viti et Modesti, Agapiti, Cypriani, sanctorum trium puerorum, Cassiani, Epymachi, Corneli centurionis, sanctorum Innocentum. Reliquie sanctorum episcoporum et confessorum: Martini, Nycolay, Valentini, Maximiliani, Vdalrici, Rudberti, Seuerini, Wolfgangi, Ottonis, Corbiniani, Sigismundi regis, Medardi confessoris, Heinrici confessoris. Reliquie sanctarum virginum: Margarete, Agnetis, Lucie, Chunigundis, Gerdrudis, Erndrudis, Regine, Eufemie, Rose, Affre martyris, Hylarie martyris, Elyzabet vidue, Marie Salome, undecim milium virginum. Hii sancti prescripti in hoc altari tamquam patroni sunt specialiter venerandi. Ob reverenciam vero specialem sancte crucis crucem magnam fecimus sicut in ecclesiis sollempnibus est consuetum. Sed quia in inferiori altari propter sui magnitudine poni non potuit, in ambone ipsam locavimus, inter chorum et monasterium, inter clerum et populum, omnibus ad aspectum, ut ipse, qui operatus est salutem in medio terre, etiam in medio sue ecclesie tamquam hospes in domo propria crucifixus stare videretur per omnia dispositus ad amandum videlicet affixis pedibus et manibus nobis ad commanendum, aperte latere ad diligendum, expansis manibus ad amplexandum, inclinato capite ad osculandum, nudo et plagis clavis spinis toto corpore vulnerato ad paupertatis et paciencie documentum. Ut autem idem crucifixus in maiori reverencia habeatur, reliquias in eo reposuimus ad ipsam crucem proprie pertinentes* scilicet de vero ligno domini, ut ibi non solum crux variis coloribus adornata, sed sacratissimo Chr(ist)i sanguine rubricata, crux sancta, a fidelibus adoretur. Item de corona spinea, que in passione sanctissimo Ch(rist)i capiti est inpressa. Item de capillis beate virginis, que iuxta crucem domini stando sicut ipse

* fol. 9^{ra}

* fol. 9^{rb}

k) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancte crucis.

l) Folgt nostri gestrichen und getilgt.

in corpore sic ipsa in anima, quam doloris pertransivit gladius, passa fuit. Hee reliquie in vertice crucifixi contra populum sub dyademate in pixide eburnea continentur^{m)}. Tuam ergo crucem adoramus domine, tuam gloriosam recolimus passionem. Miserere nobis, qui passus est pro nobis. Beata etiam Valeria, que sanctum Florianum, ut prescriptum est, adduxerat, videns quod sanctus martyr locum presentem sue elegerit sepulture etiam ipsa hic voluit sepeliri. Unde eius sacrum corpus circa annum domini millesimum CC^m quinquagesimum in vigilia beati Floriani in cista bene ferrata et ad sanctum Stephanum in abside est inventum. Cuius ossa a carne iam soluta vino lota et suavissime redolencia ante altare sancte crucis sub sarcophago, qui nunc ibi cernitur, in saxo concavo venerabiliter sunt locata, ut et de ipsis sicut aliorum sanctorum, quorum corpora hic quiescunt, potrocinio gaudeamus.

Altare summumⁿ⁾ una cum choro dedicatum est in honore sancte et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et omnium sanctorum, specialiter autem in honore gloriosissime genitricis dei et perpetue virginis Marie, que in altari principali congrue tenet patronatum, quia sanctorum omnium meruit principatum. Item ipsum altare cum omni ecclesia specialissime consecratum est in honore beatissimi Chr(ist)i martyris Floriani, qui per sui sacri corporis sepulturam in hoc loco ecclesie merito obtinuit patronatum. In presenti etiam altari subscripte reliquie continentur: De ligno domini, de spinea corona, de collumpna in qua flagellatus est Jes(us)^{o)}, de fascia domini, de vestimentis domini, de cunis domini, de presepio domini, de sepulcro domini, de loco Caluarie, de harundine cum qua potatus est dominus, de mensa domini*, de manna celi, de capillis beate Marie virginis, de veste beate virginis, de oleo beate virginis, de lecto in quo migravit, de sepulchro beate virginis^{p)}, Joh(a)nnis Bap(tis)te, Abrahe patriarche. Reliquie apostolorum: Petri, Pauli, Andree, Jacobi, de veste Joh(a)nnis Ewang(elis)te, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Mathei, Symonis, Thathei, Mathie, Marci, Barnabe, Apollinaris apostoli et martyris. Reliquie martyrum: Steph(a)ni, Floriani, Syxti, Felicis, Adaucti, Laurencii, Allexandri, Vincencii, Sebastiani, Georii, Chrisogoni, Blasii, Ermachore, Fortunati, Cyriaci, Gumperti, Oswaldi, Steph(a)ni pape, Faustini, Senece, Lamberti, Marini, Viti, Siluani, Tiburcii, Placidi, Cosme, Damiani, Celsi, Cornelii centurionis, Mauricii, Erasmi, Chr(ist)ofori, Florini, Cypriani, Hermetis, Ypoliti, Cenobii, Germani, Peley, Tyranni, Pancracii, Ruffi, Zenonis, Dyo-

* fol. 9^{va}

m) Später mit Verweisungszeichen am unteren Rand eingefügt: Item anno domini incarnationis millesimo quadringentesimo septuagesimo primo memorata crux caligine vetustatis obducta nove crucis in eandem effigiem fabricatione mutatur, predictis reliquiis cum adiuncto reliquiarum invicti martiris et gloriosi patroni nostri sancti Floriani, qui crucem Chr(ist)i secutus semetipsum abnegavit, venerabiliter insignita.

n) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari in choro.

o) Anstelle von s in Hs. t.

p) Folgt gestrichen und getilgt de loco Caluarie.

nisii, Sergi, Bachi, Theodori, Primi, Quinciani, Victoris, Constancii, Vrbani, Quiriaci⁹⁾, Thebeorum martyrum, Agapiti, Genesis, Exsuperii, Valentini, Epymachi, Cassiani, Gereonis, Wenezlay martyris, Thome, Eustacii, Valerii, Demetrii, Crisanti, Austerii, Marcellini et Petri martyrum. Reliquie confessorum: Augustini, Gregorii pape, Dalmacii pape, Sygmundi regis, Martini, Heinrichi imperatoris, Rudperti, Nycolay, Gothhardi, Vdalrici, Valentini, Benedicti, Ottonis, Wolfgangi, Medardi, Briccii, Eucharii, Egidii, Paterniani, Othmari, Maximiliani, Senatoris, Maximini, Castoris, Corbiniani, Vgrecii, Seuerini, Theodori, Siluani, Allexii, Trium magorum, Chunialdi, Gysilarii confessorum. Reliquie virginum et viduarum: Marie Magdalene, Clodesinde, Agnetis, Hetwigis, Agathe, Rose, Lucie, Fidei, Spei, Karitatis, Cecilie, Pinnose, Chr(ist)ine^{r)}, Steph(an)e, Margarete, Brigide, Affre, Katherine, Barbare, Digne, Eunomie, Eutropie, Chunegundis, Marie Salome, Erndrudis, Hylarie, undecim milium virginum, Vrsule, Regine virginis, Gerdrudis, Pelagie, Helene, Eufemie, Darie, Elyzabeth vidue. Al*tare hoc summum pluribus de causis pre aliis altaribus honoratur. Primo propter corporalem presenciam creatoris, ob cuius reverenciam thronum Salomonis cum gradibus et leunculis de argento puro fecimus fabricari et super ipsum ymaginem beate virginis et duos angelos ex utroque latere manibus extentis et super ipsas sex manus tam beate virginis quam angelorum cistulam argenteam, in qua sacrum viaticum est servandum, et omnia ut melius poterat fecimus deaurari, et tam ipsum thronum quam ymages et cistulam ad eucharistiale a domino episcopo petivimus consecrari. Ibi ergo in manibus matris et gremio in suo sacro corpore continetur verus filius dei vivi. In posteriori autem parte ad concavitatem tabule reliquias locavimus ipsius virginis gloriose. Et ne indecens videatur, ymaginem beate virginis solam stare, duas ei adiunximus domicellas videlicet duo capita in virginea specie depicta et in ipsis vera capita undecim milium virginum collocata. Secundo summum hoc altare ceteris sollempnius iudicatur propter sacratissime genitricis dei, in cuius honore consecratum est, sollempnissimum patronatum. Tercio pro eo, quod preter reliquias, que in eo in consecracione a domino episcopo sunt locate, omnes reliquie ad ecclesiam pertinentes vel in ipso altari, quod concavum est, vel super altare in sarchophago in capsis variis continentur. Insuper sub altari inter ossa mortuorum, que ibidem in cripta reposita sunt, innumerabiles sanctorum reliquias credimus^{s)} interesse, maxime ex eo, quod cum terra cymiterii circa claustrum undique abduceretur et ossa defunctorum ibidem locarentur, plurimos defunctos ita profunde sepultos et in truci diligenter invenimus communitos, ut ipsos de numero antiquorum sanctorum esse speremus, qui se ad exemplum sancti Floriani iusserant huc adduci vel propter antiquitatem sepulture a peccatis, si qua forte secum detulerant de hac vita, dudum in purgatorio expurgatos. Nam

* fol. 9^{vb}

9) Ursprünglich noch ein i am Schluß, dieses aber wieder gestrichen.

r) Über der Zeile eingefügt.

s) Folgt esse getilgt und radiert.

in tribus foveis tot ossa mortuorum simul invenimus collocata, quod ex eis absque terra quinquaginta currus vel amplius implebantur. Unde non solum gaudendum est*, quod a terra murus monasterii, que ipsum deforme et infirmum reddidit, est solutus, verum etiam, quod tante sanctorum reliquie sub altari summo, sicut pie credimus, in uno simul loco pariter conveniunt. Sed et ipsum patronum nostrum beatum Florianum, cuius sepultura vel sarcophagum apud antiquos olim manifestius ostendebatur, ab eisdem senioribus propter insultus varios paganorum vel in aliquo loco monasterii vel potius chori credimus occultatum. Unde sancta dei genitrix et perpetua virgo Maria cum ipso patrono nostro beato Floriano istis et omnibus sanctis et electis dei intercedere dignare pro nobis ad dominum deum patrem omnipotentem, ut mereamur ab eo salvari et defendi, qui in trinitate perfecta vivit et regnat, deus, per omnia secula seculorum amen. Post altare summum summe dei genitricis congrue altare ponitur angelorum cum ipsi eius speciales ministri et ipsa specialis eorum domina nuncupetur¹⁾.

* fol. 10^{ra}

Altare igitur in ambone, ut prescriptum est, dedicatum est in honore sancti Michahelis et omnium angelorum, item in honore sanctissimi pontificis Augustini, reverendissimi patris nostri. In hoc altari hee reliquie continentur: De ligno domini, de interula Chr(ist)i, de veste beate virginis, de sede eiusdem, Joh(a)nnis Baptiste. Reliquie apostolorum: Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Thome, Symonis et Jude, Bartholomei, Mathei. Reliquie martyrum: Steph(a)ni prothomartyris, Hermetis, Agapiti, Victoris, Lamberti, Ypoliti, Viti, Modesti, Vincencii, Cypriani, Cholomanni, Mauricii, Romani, Thome martyris, Sebastiani, Georii, Valentini, Pangracii, Cosme, Damiani, Gereonis, Quinciani, Exuperii martyris, Oswaldi, Laurencii. Reliquie confessorum: Augustini, Nycolay, Valentini, Maximiliani, Martini, Gregorii, Rudberti, Corbiniani, Sigmundi regis, Heinrici regis, Dyonisii, Wolfgangi, Virgilii, Vdalrici, Chunialdi et Gysilarii, Antonii. Reliquie virginum et viduarum: Margarete, Agnetis, Constancie, Eufemie, Sophie, Erndrudis, Cecile, Gerdrudis, Rose, Christine, Hylarie, Sabine, Katherine*, Prisce, Vrsule, virginis et martyris, Lucie virginis. Iste et omnes sancti orent pro nobis. Post sanctorum ordinem angelorum sancti patriarche et prophete in devocione fidelium poni solent. Sed quia altaria habere nec hic vel alias consueverunt summum eorum, Joh(ann)em Bap(tis)tam, vice omnium ad altare sancte crucis ipsi sancte cruci coniunximus pro patrono²⁾.

* fol. 10^{rb}

Altare primum in abside contra conventum consecratum est in honore omnium apostolorum specialiter in honore beatissimi Petri principis aliorum et eorum, quorum hic reliquie continentur: De ligno domini, de spinea corona, de sepulchro domini, de veste sancte Marie virginis, Joh(an)nis Baptiste, Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Thome, Symonis, Thathei. Reliquie martyrum: Viti, Georii, Sebastiani, Vincencii, Os-

¹⁾ Folgt nuncupetur gestrichen und dann in roter Tinte die Überschrift De altari in ambone.

²⁾ Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancti Petri.

waldi, Agapiti, Cosme, Damiani, Victoris, Gereonis, Reliquie confessorum: Martini, Nycolay, Valentini, Vdalrici, Egidii, Maximini, Valerii. Reliquie virginum et viduarum: Marie Magdalene, Marie Salome, Cecilie, Agnetis, Helene, undecim milium virginum, Chr(ist)ine, Erndrudis virginis. Preterea in sarchofago super altare, in quo apostolorum ymagines sunt depicte, in sinu cuiuslibet tamquam monile ipsorum proprie reliquie sunt locate. Et quia sancti apostoli primicie sunt sanctorum ipsis tria altaria in monasterio sunt sacrata.

Secundum altare^{v)} apostolorum et eidem proximum consecratum est in honore beati Joh(an)nis Ewangeliste, quem dominus pre ceteris apostolis noscitur dilexisse. Unde et ipsum altare hic habere voluit speciale. In hoc altari subscripte reliquie continentur: De ligno domini, de fascia domini, de veste beate virginis, Andree apostoli, Thome, Jacobi, Joh(an)nis, Mathei, Bartholomei, Symonis. Reliquie martyrum: Laurencii, Vincencii, Sebastiani, Mauricii, Georii^{w)}, Viti Modesti Ypoliti, Thome martyris, Eustachii, Agapiti, Lamberti, Cypriani, Hermetis, Oswaldi. Reliquie confessorum: Nycolay, Valentini, Rudb(er)ti, Maximiliani, Seuerini, Vdalrici, Wolfgangi, Sigmundi^{*}, Corbiniani. Reliquie virginum et viduarum: Margarete, Chunigundis, Agnetis, Lucie, Gerdrudis, Affre, Eufemie, Hylarie, Erndrudis, Marie Salome, Regine virginis, Elizabeth, undecim milium virginum^{x)}.

* fol. 10^{va}

Tertium altare apostolorum in fine absidis supradicte dedicatum est in honore beati Thome apostoli gloriosi. Et forte domini providentia factum est, ut suum altare in fine monasterii locaretur, quem ipse in finem mundi voluit destinare. In hoc altari hee reliquie continentur: De ligno domini, de vestibus domini, de sepulchro domini, de veste sancte Marie virginis, Joh(an)nis Bap(tis)te. Reliquie apostolorum: Thome, Petri, Pauli, de vestibus Joh(an)nis Ewang(elis)te, Jacobi maioris, Andree. Reliquie martyrum: Steph(an)i prothomartyris, Laurencii, Cholomanni, Hermetis, Pelagii, Romani, Lamberti, Georii, Vincencii, Cristofori, Dyonisii, Oswaldi, Cyriaci, Viti, Modesti, Mauricii, Cosme, Damiani, Triphonis, Theodori, Ypoliti, Valentini, Achacii et sociorum eius. Reliquie confessorum: Rudberti, Virgilii, Maximiliani, Chunialdi, Chisilarii, Constantini imperatoris, Corbiniani, Martini, Joh(a)nnis Crisostomi. Reliquie virginum et viduarum: Marie Magdal(en)e, Margarete, Agnetis, Elizabeth, Erndrudis, Chunigundis, Agathe, Valerie virginis, Christine, Lucie, Darie, Vrsule et XI milium virginum.

In secunda abside circa^{y)} cimiterium primum altare consecratum est in honore omnium martyrum pro fide Chr(ist)i et nomine occisorum specialiter beati Steph(an)i prothomartyris, Laurencii, Vincencii martyrum et eorum sanctorum, quorum hic reliquie continentur: De ligno domini, de spinea corona, de veste domini, de veste sancte Marie, Joh(an)nis Baptiste.

^{v)} Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancti Johannis.

^{w)} Im Text Geori.

^{x)} Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancti Thome.

^{y)} Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancti Steph(a)ni.

Reliquie apostolorum: Petri, Pauli, Mathei, Thome. Reliquie martyrum²⁾: Georii, Viti, Mauricii, Ypoliti, Sebastiani, Lamberti, Thome martyr, Oswaldi, Pancracii, Chr(ist)ofori. Reliquie confessorum: Gregorii, Rudberti, Maximiliani, Valentini, Ottonis, Maximini, Hainrici regis, Benedicti, Wolfgangi, Siluani. Reliquie virginum et viduarum: Marie Magd(a)l(ene), Margarete, Lucie, Vrsule, undecim milium virginum, Rose*, Gerdrudis, Hedwigis^{a)}. * fol. 10^{vb}

In abside sancti Petri altare penultimum dedicatum est in honore omnium sanctorum pontificum et confessorum, specialiter in honore beatissimi Nycolay, Martini, Virgilii confessorum et eorum sanctorum, quorum hic reliquie continentur: De ligno domini, de veste sancte Marie, Joh(an)nis Bap(tis)te. Reliquie apostolorum: Petri, Pauli, Bartholomei, Mathei. Reliquie martyrum: Steph(a)ni prothomartyris, Ypoliti martyr, Mauricii, Dyonisii, Vincencii, Hermetis, Agapiti. Reliquie confessorum: Nycolay, Martini, Gregorii, Rudberti, Virgilii, Valentini, Maximiliani. Reliquie virginum et viduarum: Chunigu(n)dis, undecim milium virginum, Gerdrudis, Hylarie, Steph(an)e, Digne, Eunomie, Evtropie^{b)}.

Altare in dextra latere sancte crucis consecratum est in honore omnium sanctarum virginum, specialiter in honore sancte Chunigundis virginis et Regine, sancte Agnetis, sancte Agathe, sancte Marthe, et eorum sanctorum, quorum hic reliquie continentur: De ligno domini, de spinea corona, de fascia domini, de sepulchro domini, de V panibus ordeaceis, de pane quem dominus in cena benedixit, de capillis beate virginis, de vestibus eius, de sepulchro beate virginis, Anne matris sancte Marie. Reliquie apostolorum: Petri, de vestibus eiusdem, Pauli, Andree, Jacobi, de vestibus Joh(an)nis Ewang(elis)te, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Mathei, Symonis, Thathei, Mathie, Barnabe apostolorum, Joh(an)nis Bap(tis)te, Abachuk prophete. Reliquie martyrum: Steph(ani) prothomartyris, Laurencii, Vincencii, Alexandri, Thome, Lamberti, Joh(a)nnis et Pauli, Viti, Cyriaci, Urbani, Eustachii, Blasii, Pancracii, Sebastiani, de crinibus eiusdem, Oswaldi, Hermetis, Ypoliti, Panthaleonis, Dyonisii, Cholomanni, Mauricii, Georii, Syxti, Gereonis, Victoris, Romani, Nycanoris, Castilii, Faulii. Reliquie confessorum: Siluestri, Gregorii, Martini, de vestibus eiusdem, Augustini, Nycolay, Valenti, Marci, Maximiliani, Rudberti, Germani, Wolfgangi, Anthonii, Chorbini, Servacii, Maximini, Ottonis, Vdalrici, B(e)nedicti, Heinrici regis, Sigmundi, Chunialdi, Gysi*larii, Paterniani^{c)}, Othmari, * fol. 11^{ra} Bernhardi. Reliquie virginum et viduarum: Marie Magdal(ene), Chunigu(n)dis, de vestibus eiusdem, Agnetis, Agathe, Marthe, de vestibus eiusdem, Margarete, Hylarie, Cecilie, Lucie, Affre, Digne, Eunomie, Eutropie, Eufemie, Chr(ist)ine, Sabine, Gerdrudis, Brigide, Rose, Pelagye, Elyzabeth,

2) Folgt getilgt Steph(a)ni prothomartyris, Laurencii, Vincencii.

a) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancti Nicol(ay).

b) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancte Chun(igundis).

c) Ursprünglich Paterniani. Erstes n gestrichen und getilgt.

Marie Salome, Columbe, Hedwigis, Altegundis, Barbare, Line, Erndrudis, Helene regine, de vestibus eiusdem, Glodesinde, Steph(an)e, Valerie, Justine, Lurgie, Felicitatis, undecim milium virginum. Ante hoc altare sanctarum virginum Wilwurgis virgo beate memorie tumulata sub tumba marmorea requiescit, que in puericia vitam mundissimam inchoavit, deinde se recludi faciens in reclusorio XL^a annis et amplius clausa mansit. Quanta ibi perpessa fuerit tam ab invisibilibus quam visibilibus inimicis, quantum se ipsam castigaverit, quam pefecte vite extiterit, quantas consolaciones spirituales a deo et a sanctis acceperit, quicumque scire voluerit, sollempnem eius legendam, que apud nos veraciter continetur, perlegere non obmittat et sic ipsam non solum sanctam sed etiam sanctissimam iudicabit. Notandum etiam, quod hoc altare in festis patronarum speciali indulgentia a variis episcopis est^{d)} dotatum. Archiepiscopus Saltzburgen(sis) in festo sancte Chunigundis et in translacione eiusdem dedit XL dies, episcopus Bamberg(en)s(is) Agnetis XL dies, episcopus Frisingen(sis) Agathe XL dies, episcopus Ratisponens(is) Marthe XL dies¹²⁾.

In abside sancti^e) Steph(an)i altare penultimum dedicatum est in honore omnium sanctarum^{f)} viduarum necnon coniugum sacratarum specialiter in honore sancte Marie Magd(alene) et beate Affre martyris necnon sancte Elyzabeth vidue et regine ac illorum sanctorum, quorum hic reliquie continentur: De ligno domini, de veste sancte M(ari)e. Reliquie apostolorum: Pauli, Thome, Mathei. Reliquie martyrum: Wenezlay, Laurencii, Cypriani, Eustachii, Sergi, Bachi, Gereonis. Reliquie confessorum: Heinrici regis, Seuerini, Cor*biniani, Wolfgangi. Reliquie virginum et viduarum: Marie Magd(a)l(ene), Elyzabeth, Cecilie, Gerdrudis, Agnetis, undecim milium virginum, Hylarie^{g)}.

* fol. 117b

Anno ab incarnatione domini millesimo CC°XXX°V° indiccione VIII^a dedicata est cappella ad sanctum spiritum a venerabili episcopo Patau(en)si Rudigero II. nonas ianuarii in honore sancte trinitatis specialiter tamen in honore sancti spiritus et sancte dei genitricis Marie necnon omnium sanctorum presertim eorum, quorum reliquie in hoc altari videlicet ad sanctum spiritum sunt recondite: De sepulcro domini, de columpna ad quam ligatus erat dominus, de veste sancte Marie virginis, Joh(an)nis Bap(tis)te, apostolorum Petri et Pauli, Andree, Johannis Ew(a)ng(elis)te, Thome, Mathei. Martyrum: Steph(an)i prothomartyris, Laurencii, Floriani, Blasii, Georii,

d) Folgt donatum gestrichen.

e) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancte Marie Magd(alene).

f) Folgt virginum getilgt.

g) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancti spiritus. Am Rand die Notiz Hoc altare renovatum est anno domini 1460 ut patebit post.

12) Von diesen Ablassbriefen ist nur der erste von 1289 April 22 erhalten (vgl. Nr. 44). Jene des Bischofs von Bamberg mit 40 Tagen am 21. Jänner (Agnes), des Bischofs von Freising mit 40 Tagen am 5. Februar (Agatha) und des Bischofs von Regensburg mit 40 Tagen am 29. Juli (Martha), dürften zwischen 1289 und 1291 datiert gewesen sein.

Viti, Pancracii, Oswaldi, Thome episcopi. Confessorum: Martini, Nycolay, Egidii, Ottonis, Georii, Marie Magd(a)l(ene), Cecilie virgins, Otylie, Katherine, Agnetis, de veste sancte Chunigundis, Margarete, XI^m milium virginum. Proxima nocte post eandem per negligenciam familie ipsius episcopi ecclesia combusta est.

Anno ab incarnatione^{h)} domini millesimo CC^oL^o VIII^o indicione prima, VII^a idus novembris dedicata est hec capella a venerabili Pataui(ensis) ecclesie episcopo Ottone in nomine sancte et individue trinitatis et in honore invicte sancte crucis et beate dei genitricis semperque virginis Marie et omnium sanctorum, specialiter autem in honore sancti Michahelis archangeli et omnium celestiumⁱ⁾ virtutum et eorum sanctorum, quorum hic reliquie continentur videlicet: Pauli, Andree, Marci apostolorum^{k)}. Chr(ist)ofori, Cassiani, Sebastiani martirum. Nycolay, Seuerini, Justini confessorum. Item de sepulchro domini, de sepulchro Joh(an)nis Ewang(elis)te, item reliquie sanctarum XI^{cim} milium virginum, Erndrudis virginis, Barbare virginis, Affre martyris et aliorum martyrum, confessorum atque virginum.

Anno domini millesimo^{l)} CC LXVIII indicione XII^a, IIII^a nonas febr. dedicata est hec capella a venerabili Pataui(ensis) ecclesie episcopo Petro in honore sancte et individue trinitatis et invictissime sancte^{m)}* crucis et specialiter in honore beate dei genitricis semperque virginis Marie necnon et omnium sanctorum presertim eorum, quorum reliquie in hoc altari sunt recondite: De ligno domini, de capillis beate Marie virginis, Andree, Thome apostolorum. Stephani prothomartyris, Laurencii, Georiiⁿ⁾, Agapiti, Chr(ist)ofori, Dyonisii, Blasii, Cypriani, Kyliani, Mauricii martyrum. Siluestri et Corbyniani, Maximiliani, Egidii confessorum. Lucie, Cecilie, Walpurgis, Erndrudis, Elyzabeth, XI milium^{o)} virginum. Hanc dedicacionem idem venerabilis episcopus Petrus instituit celebrandam in dominica „domine in tua misericordia.“ Et omnes ibidem ea die convenientes a predicto episcopo habebunt indulgenciam XL dierum, item in IIII^{or} festivitibus beate Marie virginis indulgenciam XL dierum, item quociens prepositus loci celebraverit in aliis festivitibus in capella X dierum. Insuper venerabilis in Chr(ist)o dominus Leo Ratispo(nensis) episcopus dignatus est omnibus corde contritis et confessis, qui ad ecclesiam nostram in festivitate sancte virginis et matris Marie causa devocionis confluerint necnon in festo beati Floriani martyris et in dedicacione et suas elemosinas ero-

* fol. 11^{va}

h) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancti Mych(aelis) und am Rand die Notiz Hoc altare renovatum est anno domini 1443.

i) Folgt vid gestrichen und getilgt.

k) Später gestrichen, über Andree geschrieben und nach diesem Wort eingefügt.

l) Folgt in roter Tinte die Überschrift De altari sancte Marie und am Rand die Notiz in antiquo choro.

m) Folgt sancte gestrichen.

n) Im Text Geori.

o) Ursprünglich milia, um später darüber geschrieben.

gaverint XL dies criminalium et LXXX^a venialium de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxare de dyocesani voluntate pariter et consensu^{p)}).

Anno domini millesimo CC LX^oVIII^o indiccione XII^a dedicata est capella a venerabili Patau(iensi) episcopo Petro III nonas febr. in honore sancte et individue trinitatis et invictissime sancte crucis et sancte dei genitricis Marie necnon omnium sanctorum specialiter in honore sancte Katherine et Margarete virginum et eorum, quorum reliquie in hoc altari sunt recondite: De lintheamine quod positum fuit super corpus domini, de ligno domini, de capillis beate Marie virginis, Joh(ann)is Bap(tis)te, Pauli, Andree, Jacobi, Barnabe apostolorum. Steph(an)i prothomartyris, Floriani, Mauricii, Allexandri pape martyris, Sebastiani, Viti, Laurencii, Primi et Feliciani, Vrbani, Victoris martyrum. Martini, Rudberti, Maximiliani, Egidii, Nonnosi confessorum. Katherine, Margarete, Lucie, Erndrudis, Barbare, Petronelle, Susanne, Helene, Elyzabeth*, XI milium^{q)} virginum. Hec dedicacio eo die suo celebrabitur. Omnesque ibidem convenientes ab episcopo, a quo dedicata est hec capella, habebunt indulgenciam XL dierum^{r)}).

* fol. 11^{vb}

Anno ab incarnatione domini millesimo CC^oLXXXV^o indiccione XIII^a dedicatum est hoc altare a venerabili Patau(ensis) ecclesie episcopo Wernhardo in honore sancte et individue trinitatis et sancte crucis et perpetue virginis Marie et omnium sanctorum, specialiter tamen in honore beatissimi martyris Floriani, pro cuius veneracione constructa et dedicata est hec ecclesia, ob cuius etiam dileccione dominus deus presentem locum glorioso miraculo decoravit. Nam cum idem sanctus dei apud Lauriacum famosum martyrium consumasset cuidam se beate vidue sepehendum manifestavit. A qua deductus cum ad locum hunc venissent, animalia ipsum ducencia pre lassitudine et ardore sitis ultra progredi non valencia substituerunt. Unde sancta ductrix anxia eius, quem ducebat, auxilium suppliciter imploravit statimque fons amenissimus, sicut hodierna die cernitur, erupit, ex quo animalia refecta sanctum martyrem ad locum, ubi nunc monasterium eius situm est, quem in visu predictae vidue assignaverat, deduxerunt, in quo loco post sepulturam eius signis crebrescentibus perfecte patuit quanti apud deum meriti quanteque dignitatis in celo existat sacratissimus miles Christi. Sed tacendum de miraculis, que circa tumbam eius antiquitus sunt ostensa, cum etiam nostris temporibus signis variis claruerit sanctus, nam plurimi infirmorum cum invocacione sancti martyris ex predicto fonte gustantes vel se ipsos inde linientes vel lavantes sanitatem integrum sunt

p) Folgt in roter Tinte die Überschrift De cappella sancte Katerine virginis.

q) Im Text ursprünglich milia, um später darüber geschrieben.

r) Folgt in roter Tinte die Überschrift De cappella sancti Joh(a)nnis.

13) Von diesen beiden Ablässen dürfte der erste bei der Weihe verliehen worden sein. Eine Urkunde darüber ist nicht erhalten. Der zweite stammt von 1271 Mai 25 (vgl. Nr. 29).

14) Dieser Ablass dürfte bei der Weihe verliehen worden sein. Eine Urkunde darüber ist nicht erhalten.

adepti. Dedicatum est etiam hoc altare in honore sancti Joh(an)nis Bap(tis)te et precursoris domini et eorum sanctorum, quorum reliquie hic continentur in presenti tabula subnotate. Hee reliquie in altari veteri sunt invente et ad novum reposite: Joh(an)nis Baptiste, Andree et Pauli apostolorum, Dyonisii et Lamberti martyrum, Benedicti abbatis. Hee vero reliquie in novo altari superaddite sunt: De capillis sancte Marie virginis, Joh(an)nis Bap(tis)te, Andree et Pauli apostolorum, Petri, Joh(an)nis, Andree, Mathei, Philippi, Jacobi, Bartholomei, Symonis apostolorum, Steph(an)i prothomartyris, Laurencii, Vincencii, Georii, Mauricii, Allexandri, Ypoliti, Lamberti, Cholomanni, Cypriani Gereonis martyrum, Gregorii pape, Martini, Nycolay, Rudberti, Vdalrici episcoporum, Egidii, Ottonis, Maximini confessorum, de capillis Marie Magd(a)l(ene), Chunigundis* regine, Margarete, Cecilie, * fol. 12^{ra} Vrsule virginis et XI milium virginum. Huius igitur altaris et duorum collateralium altarium et tocius ecclesie dedicacionem prememoratus^{s)} dominus episcopus in proxima dominica post assumptionem beate virginis statuit celebrari. Omnes igitur, qui ad hanc dedicacionem causa devocionis confluerint de quolibet in ecclesia indulgenciam XL dierum criminalium consequuntur. Ad petitionem vero Ottonis plebani sepedictus iam dominus episcopus ecclesiam hanc dotavit munere gracie specialis, nam in festo patroni sancti Joh(an)nis Bap(tis)te necnon in die dedicacionis prenominatae omnibus supervenientibus XL dies criminalium et centum dies et annum venialium et unam karradam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxavit. Quod ut in perpetuum valeat suo privilegio confirmavit²⁵⁾.

WEIHEURKUNDEN UND ABLASSBRIEFE

1.

[1065–1088] Juli 25.

Bischof Altmann von Passau weiht die Stiftskirche von St. Florian mit drei Altären.

Hs. fol. 16^{vb}.

Der sichere Zeitpunkt, nach dem die Weihe erfolgt sein muß, ergibt sich durch den Amtsantritt Bischof Altmanns. Da sich die Altmannurkunde von 1071 als Fälschung erwiesen hat (Mitis, Studien 100 ff.), ist auch der Zeitpunkt der Reform St. Florians ungewiß. Er dürfte jedoch um 1070 liegen. Der Zeitpunkt ante quem ergibt sich durch die Weihe des Altares in der nördlichen Abside 1088 (vgl. Nr. 4), weil man Kirche und Hochaltar sicher früher geweiht hat.

Septimo kal. iul. dedicatum est^{a)} templum sancti Floriani et in altare sancte^{b)} Marie sunt recondite hee sanctorum reliquie: De capillis Marie virginis, Andree apostoli; sanctorum martyrum: Georii, Pangracii; sancto-

^{a)} Im Text prememoramus.

²⁵⁾ Von diesen beiden Ablässen dürfte der erste bei der Weihe gewährt worden sein. Eine Urkunde ist darüber nicht erhalten. Der zweite stammt von 1286 Oktober 9 (vgl. Nr. 41).

rum confessorum: Gregorii pape, Petri Diaconi, Nicolai confessoris; sanctarum virginum: Agathe, Agnetis. Eodem die dedicatum est altare sancti Floriani, ubi reliquie hee sunt recondite: Corpus sancti Floriani martyris^c), Johannis et Pauli, Viti martyris, Ypoliti martyris, sanctorum quatuor coronatorum, Nazari martyris. Eodem die et iam dedicatum est altare sancte crucis, in quo iste sanctorum reliquie sunt recondite: De ligno sancte crucis; sanctorum martyrum: Alexandri, Euencii et Theodoli, Sergi et Bachi.

a) Folgt hoc getilgt.

b) Hs. et.

c) Am Rand eine sechsblättrige heraldische Rose gezeichnet.

2.

[1065—1356].

Verzeichnis der Reliquien in der Kirche von Rohrbach.

Hs. fol. 18^{ra}.

Da diese Eintragung von der Hand B geschrieben wurde, die Stücke aus der Zeit von 1065—1356 kopierte, ist keine genauere Datierung mit Sicherheit möglich (vgl. Einleitung 57 f. u. Nr. 1). Wahrscheinlich stammt dieses Verzeichnis aber so wie die vorhergehenden Eintragungen aus dem Ende des 11. oder dem 12. Jahrhundert. Dafür spricht auch die geringe Anzahl der Reliquien. Das Dorf Rohrbach liegt am gleichnamigen Bach westlich St. Florian. Die Kirche wurde in josefinischer Zeit abgebrochen.

Horum sanctorum reliquie continentur in ecclesia, que^a) dicitur Rorbach: apostolorum Petri et Pauli, Stephani protomartyris, Stephani pape et martyris, Laurencii martyris, Georii martyris, Sebastiani, Blasii episcopi et martyris, Medardi confessoris, Valentini confessoris, Margarete virginis.

a) Hs. qua.

3.

1074 April 12.

Bischof Altmann von Passau weiht die Kirche von Stadelkirchen.

Hs. fol. 17^{ra}.

Druck: Von Anno bis Altmanno J o d o k S t ü l z, Geschichte des regulirten Chorherrn-Stiftes St. Florian (Linz 1835) 254 Nr. 5. Der vom mittelhochdeutschen stadel „Scheune“ abgeleitete Name haftete ursprünglich an den beiden nördlich von Steyr gelegenen Orten Stallbach (Ernst S c h w a r z, Die Ortsnamen des östlichen Oberösterreich. Prager Deutsche Studien 42, Reichenberg i. B. 1926, 26) und Stadelkirchen (Konrad S c h i f f m a n n, Historisches Ortsnamen-Lexikon des Landes Oberösterreich 2, München und Berlin 1935, 435). In Stallbach befand sich zwar alter St. Florianer Besitz, doch läßt sich dort keine Kirche nachweisen. Die Kapelle von Stadelkirchen ist der heiligen Margarethe geweiht, die auch in dieser Weihenotiz als Patronin genannt wird. Dieses Gotteshaus war offenbar im Besitz eines Adelsgeschlechtes, das Beziehungen zum Stift St. Florian besaß (Alois Z a u n e r, Die Urkunden des Benediktinerklosters Gleink bis zum Jahre 1300. Mitteilungen des Oberösterreichischen Landesarchivs 9, 1968, 51; MG Nec. IV 261 Jänner 29), was die Überlieferung dieser Weihenotiz im Stift erklären dürfte.

Anno ab incarnatione domini M^oLXXIII^o, VI^o idus aprilis, dedicata est ecclesia ad Stadalen a venerabili Patauini(sis) ecclesie episcopo Altmanno in honore sancti Macharii et Margarete et Agathe et eorum sanctorum^a), quorum reliquie illic continentur: sanctorum martyrum Fabiani,

sanctorum Maurorum, Joh(ann)is et Pauli, Cosme et Damiani et Augustini confessoris et Agnetis virginis et martyris.

a) Hs. sanctorum eorum. Durch Verweisungszeichen die richtige Reihenfolge hergestellt.

4.

1088 Oktober 9.

Bischof Altmann von Passau weiht einen Altar in der Abside des nördlichen Seitenschiffes der Stiftskirche St. Florian zu Ehren des heiligen Stephan.

Hs. fol. 16^{vb}.

Druck: Von Ex bis Altmanno St ü l z, Geschichte 253 Nr. 1.

Ex^a) altera parte chori ad aquilonem dedicatum est altare sancti Stephani prothomartyris anno ab incarnatione domini M^oLXXX^oVIII^o, VII. idus octob. a venerabili Pataui(en)sis) ecclesie episcopo Altmanno in honore sancti Stephani prothomartyris et [eorum], quorum reliquie illic sunt recondite: Dyonisii sociorumque eius, Gereonis sociorumque eius, Clementis martyris, Anastasii martyris, Mauricii sociorumque eius, Gregorii pape, Nonnosi confessoris.

a) Diese Eintragung in der Hs. unmittelbar an Nr. 5 anschließend.

5.

1090 Mai 20.

Bischof Altmann von Passau weiht einen Altar zu Ehren des heiligen Petrus in der südlichen Abside der Stiftskirche von St. Florian.

Hs. fol. 16^{vb}.

Druck: Von A parte bis Altmanno St ü l z, Geschichte 253 Nr. 1.

A parte australi iuxta chorum dedicatum est altare anno ab incarnatione domini millesimo XC^o indict. XIII, VIII. kal. iun. a venerabili Pataui(en)sis) ecclesie episcopo Altmanno in honore sancti Petri apostoli et eorum, quorum reliquie illic sunt recondite: Sanctorum confessorum Gregorii, Martini, Ambrosii, Augustini, Nicolai, Benedicti, Jeronimi^a); Cecilie, Agnetis, Scolastice virginum.

a) In Hs. folgt am Schluß ein getilgtes s.

6.

1116 April 7.

Bischof Ulrich von Passau weiht die Kirche in Katsdorf.

Hs. fol. 17^{va}.

Druck: Von Anno bis Vdalrico St ü l z, Geschichte 255 Nr. 10.

Anno^a) dominice incarnationis M^oCXVI^o indicc. VIII^o, VII^o idus aprilis, dedicata est hec ecclesia a venerabili Pataui(en)si) episcopo Vdalrico in nomine sancte et individue trinitatis et in honore sancte et victoriosissime crucis et beate dei genitricis Marie et sanctorum angelorum, patriar-

charum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et omnium sanctorum precipue vero eorum, quorum reliquie hic recondite sunt, scilicet Petri apostoli, Andree apostoli, Bartholomei apostoli, sanguis prothomartyris Steph(an)i, Clementis pape martyris, Chrisogoni martyris, Blasii episcopi et martyris, Viti martyris, Cipriani episcopi et martyris, Tertulini martyris, Vincencii martyris, Benedicti abbatis et confessoris, Felicitatis martyris.

a) In der letzten Zeile der vorhergehenden Eintragung Nr. 12 in roter Tinte die Überschrift In Chaeczl(e)nstorf.

7.

1116 September 25.

Bischof Ulrich von Passau weiht die Kirche in Samesleiten.

Hs. 16^{ob}—17^{ra}.

Die Ortschaft Samesleiten liegt westlich der Stadt Enns. Die dem heiligen Ulrich geweihte Kirche wurde in josefinischer Zeit abgebrochen.

Anno [ab] incarnatione domini M^oCXVI, indic. VIII^a, VII. kal. octobris dedicata est hec ecclesia Salmansleitten a venerabili Vdalrico Patau(iensis) ecclesie episcopo in honore sancte et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et sanctissime dei genitricis Marie et eorum sanctorum, quorum reliquie hic recondite sunt: De veste sancte Marie; sanctorum apostolorum: Petri, Andree, Jacobi; sanctorum martyrum: De sanguine sancti Steph(an)i, Blasii, Laurencii, Vincencii*, Agapiti, Lamberti, Pangracii; sanctorum confessorum: Martini, Nicolai, Paterniani et precipue Vdalrici episcopi, Benedicti; sanctarum virginum: Cecilie, Rose, Affre.

* fol. 17^{ra}

8.

1121 März 21.

Bischof Reginmar von Passau weiht eine Kirche, deren Name nicht genannt wird.

Hs. fol. 16^{va}.

Diese Kirche ist natürlich innerhalb der Stiftspfarrn zu suchen (vgl. Linniger, Reichgottesarbeit). Einen gewissen Hinweis geben die Nummern 9, 13 und 16, bei denen ein ähnliches Formular vorliegt und bei denen jeweils jener Heilige Patron der Kirche wurde, dessen Reliquien in der Weihenotiz an erster Stelle angeführt werden. Dies ist in unserem Fall der heilige Laurenz, welcher heute noch Patron von Münzbach ist und dem auch die in josefinischer Zeit abgebrochene Kapelle in Kurzenkirchen geweiht war. Von beiden ist keine andere frühe Weihenotiz bekannt. Die oben angeführte Regel trifft allerdings bei Nr. 6 und 12 nicht zu. Kurzenkirchen liegt südwestlich St. Florian.

Anno ab incarnatione domini millesimo C^o vicesimo primo XII^a kal. aprilis dedicata est hec ecclesia a venerabili sancte Patau(en)sis ecclesie episcopo Reginmaro^a) in honorem et laudem sancte et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et gloriosissime dei genitricis Marie et omnium supernarum virtutum et patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum adque virginum et specialiter [eorum], quorum

reliquie hic sunt recondite: Videlicet sancti Laurencii et sancti Georii, Lamberti, Cosme et Damiani martyrum, confessorum: Martini, Nicolai, Bricii; Katherine, Margarete et undecim milium virginum.

a) Hs. ursprünglich Reginmaro, später i in e verbessert.

9.

1123 September 8.

Bischof Reginmar von Passau weiht die Kirche in Niederzirkling.

Hs. fol. 17^{rb}.

Druck: Von In bis sept. St ü l z, Geschichte 254 Nr. 6.

Niederzirkling liegt nordöstlich Mauthausen.

In^a) parrochia Riede ecclesia Ciertenaⁿ dedicata est a venerabili Patauensis ecclesie antistite Reginmaro anno ab incarnatione domini M^oC XXIII^o indicc. prima, VI. idus sept. in honore sancte et individue trinitatis et invictissime crucis domini nostri Je(s)u Chr(ist)i et sancte dei genitricis Marie et omnium beatorum spirituum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et omnium sanctorum et eorum, quorum reliquie illic recondite sunt: De veste sancte Marie, Andree apostoli et sanctorum martyrum: Adriani, Steph(an)i, Laurencii, Pangracii, Sebastiani, Cholomanni, Clementis; et sancti Martini episcopi confessoris, Agathe virginis.

a) Unter der vorhergehenden Eintragung Nr. 2 fol. 17^{ra} in roter Tinte die gleichzeitige Überschrift In Ciertnar(e)n.

10.

1128 Oktober 11.

Bischof Reginmar von Passau weiht die Kirche in Lasberg.

Hs. 17^{rb}.

Druck: Von Anno bis Losperch St ü l z, Geschichte 254 Nr. 8.

Anno^a) ab incarnatione domini M^oCXX VIII^o, indiccione VII^a, V. idus octob. dedicata est ecclesia ad Losperch a Patau(iensis) ecclesie episcopo Reginmaro specialiter in honore sancti Andree apostoli, cuius reliquie illic sunt recondite cum reliquiis sanctorum martyrum: Georii, Magni, Ermetis; et confessorum: Augustini, Vdalrici; et Waltpurge virginis.

a) Darüber in roter Tinte die gleichzeitige Überschrift In Lazperch.

11.

1128 Oktober 12.

Bischof Reginmar von Passau weiht die Kirche in Wartberg ob der Aist.

Hs. 17^{rb}.

Druck: Von Anno bis episcopo St ü l z, Geschichte 254 Nr. 7.

Anno^a) ab incarnatione domini M^oCXXVIII^o indiccione VII^o, IIII^o idus octob. dedicata est ecclesia ad Wartperch a venerabili Patauien(sis) ecclesie episcopo Reginmaro in honore sancte dei genitricis Marie et eorum, quorum reliquie illic recondite sunt: Thome apostoli, Laurencii martyris,

Pangracii martyris, Wenzeslai martyris, Martini episcopi et confessoris, Vdalrici episcopi et confessoris, Gerdrudis virginis.

a) Darüber in der letzten Zeile der vorhergehenden Eintragung Nr. 9 in roter Tinte die gleichzeitige Überschrift: In Wartperch.

12.

1131 Oktober 12.

Bischof Reginmar von Passau weiht die Kirche in Gutau.

Hs. 17^b–17^a.

Druck: Von Anno bis Reginmaro und von Hic bis terminis Stülz, *Geschichte* 255 Nr. 9; Von Hic bis terminis Friedrich Schöber, *Gutau*, Linz 1969, 191.

Als Südgrenze der Pfarre Gutau wird der Tiefenbach angegeben, der bei Reichenstein in die Waldaist mündet. Der Name dieses Baches hat sich im Hausnamen Tiefenbäck am Ursprung dieses Baches erhalten (KG Hundsdorf Schiffmann, *Ortsnamen-Lexikon* 1, 194). Von der Quelle dieses Baches ging die Grenze zu einem kleinen Bach am Gutenbrunner Berg südlich Hundsdorf. Der Tannbach muß jener Bach sein, der in Neustadt durchfließt und bei der Haltestelle Selker nördlich Wögersdorf in die Feldaist mündet. Ein Bauernhaus in Neustadt trägt nach ihm den Namen Dambachler (Schiffmann, *Ortsnamen-Lexikon* 1, 179). Von Lungitz (Schiffmann, *Ortsnamen-Lexikon* 2, 149). verlief die Grenze weiter zur Feldaist. Nach der weiteren Angabe hätte das ganze Gebiet zwischen Feld- und Waldaist nördlich dieser Linie bis zur böhmischen Grenze zur Pfarre Gutau gehört. Darin lag die Altpfarre Lasberg, die demnach ein Ausbruch aus dem Sprengel von Gutau sein mußte (Feriheimer, *Erläuterungen* 477; Schöber, *Gutau* 190 ff.).

Anno^a) ab incarnatione domini M^oCXXXI indicc. X, III^o idus octob. dedicata est parrochia Guetenaw a venerabili Patauien(sis)^b) ecclesie episcopo Reginmaro in honore sanctissime dei genitricis et perpetue virginis Marie et omnium beatorum spirituum et patriarcharum et prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum; et omnium sanctorum dei singillatim eorum, quorum reliquie hic continentur*: Philippi apostoli, Georii martyris, Cypriani martyris, Chrisanti martyris, Albani martyris, Otmari confessoris, Brigide virginis, Darie virginis. Hic est terminus parrochie Guetenaw: A capite Teuffenpach descendendo ad orientem usque in flumen Waldaigst et ab eodem Tieffenpach usque in ortum Guetenprunnen, deinde in fluviolum Tampach, de Tampach recto tramite usque in campum Lunchwise, de Lunchwise descendendo in flumen, qui dicitur Westeragist; inter duas Agist usque in terminos Boemie a predictis terminis.

a) Darüber in roter Tinte die gleichzeitige Überschrift In Guetenaw.

b) Folgt ep getilgt.

13.

1134 Mai 2.

Bischof Reginmar von Passau weiht die Kirche St. Peter am Wimberg.

Hs. fol. 17^a.

Druck: Von Anno bis Regenmaro Stülz, *Geschichte* 253 Nr. 2.

Anno^a) ab incarnatione domini M^o CXXXIII^o indicc. XII, VI. non. mai dedicata est hec ecclesia a venerabili Patauensium antistite Regenmaro in honore sancte et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et per-

petue dei genitricis Marie et sanctorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et omnium sanctorum et specialiter eorum, quorum reliquie hic continentur: Petri et Pauli, Steph(an)i prothomartyris, Gereonis martyris, Pangracii martyris, Martini episcopi, Galli, Columbani abbatis, Cecilie virginis, de sepulchro domini, de veste sancte Marie.

a) *Darüber in roter Tinte an die vorhergehende Notiz Nr. 6 anschließend die gleichzeitige Überschrift: In Wynberg apud sanctum Petrum.*

14.

[1134]¹⁾ Oktober 3.

Bischof Ulrich von Passau weiht die Johanneskirche im Ort St. Florian.

Hs. fol. 17^a.

Druck: Von Quinto bis Vdalrico Stülz, Geschichte 253 Nr. 3.

Quinto idus octob.¹⁾ dedicata est ecclesia sancti Johannis ad fontem [a] Patau(en)is ecclesie venerabili episcopo Vdalrico^{a)} in honore sancti Joh(annis) Bapt(iste) et eorum, quorum reliquie illic sunt recondite: De veste sancte Marie, sancti Jo(han)nis Bap(tis)te, Pauli apostoli, Andree apostoli, Dyonisii episcopi et martyris, Lamberti episcopi et martyris, Benedicti abbatis.

a) *episcopo Vdalrico gleichzeitig mit Verweisungszeichen am Rande eingefügt.*

¹⁾ *Die Jahresangabe wurde höchstwahrscheinlich nur weggelassen, weil sie dieselbe war, wie im vorhergehenden Stück.*

15.

1144 März 18.

Bischof Reginbert von Passau weiht eine Kapelle an der Südseite der Stiftskirche St. Florian.

Hs. 17^b—18^a.

Anno ab incarnatione domini M^oC^oXL^oIII^o, indicione VII, XV. kal. aprilis, dedicata est capella ex parte australi a venerabili Patau(en)is ecclesie antistite Reginberto in honore sancte et individue trinitatis et victoriosissime crucis et sancte et perpetue dei genitricis virginis Marie et omnium sanctorum spirituum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et omnium sanctorum et precipue eorum, quorum reliquie illic recondite sunt: De ligno domini, de vestimentis sancte Marie virginis, sancti Andree apostoli, sanctorum martyrum: Steph(an)i prothomartyris, Georii martyris, Pangracii martyris, Mauricii martyris, sanctorum Maurorum, sanctorum Innocentum, sanctorum Crispini et Crispiniani, Miniatis martyris, sanctorum Fabiani et Sebastiani, Kiliani martyris, Blasii martyris, quadraginta martyrum, quatuor Coronatorum; sanctorum confessorum: Quirini episcopi et martyris, Nycolai episcopi et confessoris, Martini^{*} episcopi et confessoris, Leonhardi confessoris, Egydii confessoris, Florini confessoris, Abrunculi confessoris; sanctarum virginum: Cecilie virginis, Marie Magdalene, Margarete virginis, XI milium^{a)} virginum, Scolastice virginis.

^{*} fol. 18^a

a) *Hs. milia.*